

Ἡ ΣΙΟΔΟΥ
ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

HESIODI
ASCRAEI OPERA
ET DIES.

Vna cum duabus Prae-
fationibus ac luculentis enar-
rationibus PHILIPPI MELANCHTHONIS,
profuturis etiam ad intelligenda
HESIODI Praecepta.

M. J. Gery
L I P S I A
IOHANNES RHAMBAUM ma-
EXCVDEBAT
M. D. LXXVI.
A 2



Eigenthum
bes
Melanchthonhauses
mit
Gedächtnishalle und Museum
zu Bretten.

St.-O.-Nr. M 406
Inv.-Nr. 2704

Georg Werner,
Stadtrath in Bretten,
schenkte dieses Buch.

wer mag
wider vns

ist Gott

M 406

PRÆFATIO IN

HESIODVM PHILIPPI

MELANCHTHONIS


PRIMA.



VM de enarrando Hesiodo deliberarem, inter cæteras difficultates, quas mihi id negotij suscepturo propositas esse intelligebam, in mentem hoc quoque veniebat, nō defuturos esse, quoniam non ita multo ante is Poëta in hac schola inuolenter enarratus est, quibus si relegeretur, fastidium repetitio adferret. Video enim nō aliter atq; vulgo aiunt, nouas cantiones gratissimas esse, ita vos audivisimè ad eos autores cognoscendos, qui minime noti ac peruulgati sunt, confluere. Quanquam igitur verebar, vt accepturi essetis poëma, quod gratiam nouitatis paulò ante exiit, tamen confirmauit meorum iudicium, de quorum consilio Hesiodum enarrandum suscepi, qui quod eius Poëtæ cognitionem maxime frugiferam & liberali ingenio dignissimam esse statuebant, saepe relegendum esse iudicabant. Nam cum magnam utilitatem habeat relectio, & diligētius expendantur & altius introspectantur ea quæ tractamus, sunt enim vt scitis, δευτερον προτι-

A 2

δεγ



ENAR. PHIL. MEL. IN HES.

Ἄλλοτε μητρὸν πῆλξ ἡμέρη, &c.

Mira sunt vices rerum, & natura tam multiplici-
ter nos ladit quam iuuat.

Τῶν εὐδαιμόνων τε καὶ ὀλιγῶν, &c.

Ecce ille habebit, qui seruauerit quidem dierum di-
scrimina. Adiecit tamen correctionem, quod alij alias
probent ac laudent. Verum iste inculpabilis erit dñs, id
est, ille non peccabit, qui suo quaque die fecerit, & qui
auguria, id est, signa & transgressiones obseruat, hoc
est, qui non violabit ea, quae religiose & vtiliter
constituta sunt. Nam Dñs fauent ijs,
qui natura recte vtuntur.

Τίλ.

